

DE
GRAECIA
AENIGMATVM
STVDIOSA
PRAEFATVS

AD
ORATIONEM
PVBLICE HABENDAM
OBEQVIOSE INVITAT
M. IO. GOTTL. BIDERMANN.
RECT. GYMN. FREIBERG.



CXXXIII.

DRESDAE, EX OFFICINA HARPETERIANA,
MDCCLXIX.



YTHAGORÆ Symbola moralia, quae, PLVTARCHO interprete a), in praelectionibus publicis nuper explicauimus, haud obscure produunt, qua ratione veteres usi fuerint in praeceptis morum tradendis. Quum enim veritas nuda raro placeat, saepius autem etiam odium pariat, prisca sapientiae doctores in ea impertienda prudentes medicos imitati sunt, amara medicamenta succis dulcibus permiscentes, quo facilius egrotum permoueant ad ea sumenda, quae inserviunt valetudini restaurandae b). Et hoc ex fonte fabulae, apologi, symbola, apophthegmata, griphi et aenigmata promanarunt, quae tantum utilitatis, quantum suauitatis prae se ferunt, neque modo lecta semel placeant, sed etiam decies repetita placebunt. Et nominatim aenigmatum dignitas et pretium ex eo adparet, quod ipsis in litteris sacris luculenta eorum exempla obuersantur. Quem enim fugit ille apologus, quo Iotham ciuibus suis imprudens consilium de Abimelecho rege eligendo exprobrabat? c) Quis non legit lepidum Simsonis aenigma, conuiuius in epulo nuptiali propositum? d) Quem ea fabella non delectat, qua Joas, rex Israël, contentum suum erga Amaziam, regem Judae, testabatur? e) Et quis nescit, Arabiae reginam eo consilio ad Salomonem accessisse, ut aenigmatibus illius sapientiam tentaret? f) de cuius argutis quaestionibus Rabbinii tam audacter disputant, ut coram adstitisse, easque auribus suis hausisse uideantur, ita commentantes: g) dixit regina ad Salomonem: *Si quid ego te interrogauero, num mihi respondebis? respondit Salomo: Dominus sapientiam dabit. Quaesuit itaque illa: quid hoc est:*

וְז' וּצְאִין וְשׁ נִנְסִין h. e. septem exeunt, et nouem intrant? respondit Salomo: *Septem dies separationis feminae exeunt, et nouem menses foederationis intrant. Iterum regina interrogauit: quid hoc est: שְׁנַיִם מִוֹצִין וְאַחַד שְׁוֹתָרָה, h. e. duo miscunt poculum, et unus bibit? rex respondit: duo ubera infanti poculum parant, et unus fugit. Denuo regina quaesuit: quid hoc est: femina dicit filio suo: pater tuus erat pater meus, auus tuus erat maritus meus, tu es filius meus, et ego sum soror tua? cui Salomo respondit: filiae Lotbi erant.*

Inprimis autem Graecos inter reliquas orientis gentes talium nodorum et tricarum studiosissimos fuisse, negari non potest, siue hoc naturali illorum indoli, siue singulari adfectandi et ingenii ostentandi studio, siue oblectandi cupiditati, siue inui-

a) de Educ. puer. c. 17. b) ibid. c. 18. c) Iudic. ix, 8-15. d) Iudic. xiv, 12. sqq. e) 2. Reg. xiv, 9. f) 1. Reg. x, 1. g) Midrasch Mischle ab initio.

inuidiae, quominus subliliores Scientiae diuulgarentur, tribuamus. Quid enim aliud sunt PLATONIS numeri, in quibus explicandis plurimi operam atque oleum perdidierunt, adeo, ut in proverbiu abierint h), ubi sermo est de re obscura et parum manifesta. Imo quid aliud est eiusdem liber, qui Timaeus inscribitur, quam implicata aenigmatum catena, quae et historiam et theologiam naturalem complectitur, totiisque uniuersi ordinem et structuram continet? de quo HIERONYMVS i) ita iudicat: est obscurissimus Platonis liber, qui ne Ciceronis quidem aureo ore fit plauisior: et alio loco k) Timaeum, de mundi harmonia, astrorumque cursu et numeris disputantem, ipse, qui interpretatus est, Tullius, se non intelligere, confitetur. E numero poetarum primum locum HESIODVS occupat, qui potentiorum iniustitiam et crudelitatem, opulentiorum vero inhumanitatem atque immifericordiam reprehensus, eorum mores hoc apologo repraesentat: l)

νυν ἀνον βασιλευσ' ἔρω Φρονεσι και αυτοις,
 ὡ ἔραξ προσειπεν ἀθηνα ποιικιλοδεiron,
 ὄψι μιλ' ἐν νεφροσι φερων ὄνυχεσι μεμαρπισ.
 ἢ δ' ἔλεον γναμπτοισι πεπαρμενη ἀμφ' ὄνυχεσι
 μηρετο. Την δ' ὄγ' ἐπιγράτεωσ προς μυθον ἔειπε.
 Δαιμονη, τι λαλοκας; ἔχει νυ σε πολλων ἀρειων,
 Τῆδ' εἰς ἢ σ' ἀν ἔρω περ ἀγῶ, και ἀοιδον ἔσταν,
 δειπνον δ' αἰκ' ἐθελω ποιησομαι ἢε μεθῆω.

h. e. Fabulam narrabo regibus sibi ipsis sapientibus. Accipiter canoram lusciniam, quae altis in nubibus correpta et curuis unguibus confixa lugebat, imperiosis verbis ita alloquebatur: quid strepis, infelix, quum iam fortior te teneat? hac ibis, qua ego te ducam, licet sis cantatrix, et ego te pro lubitu vel comedam vel dimittam. Inter septem uero Graeciae sapientes CLEOBULVS hoc nomine inclaruit, quod DIOGENE LAERTIO teste m) ἐποίησεν ἀσματα και γροφας ἀς ἐπηροχίλια, carmina et obscuras sententias ad tria millia uersuum composuit, quarum non nisi exigua fragmenta restant, inter quae illud aenigma praemium tulit, quod in annum contextit, his uerbis conceptum: n)

εἰς ὁ πατηρ, παιδες δε δωδεκα, των δε ἑκαστῶ
 κραι ἕασι τρημοντ', ἀνδρα εἶδος ἔχρατα.
 ἢ μιν λευκαῖ ἕασιν ἰδειν, ἢ δ' αὐτε μελαιναῖ.
 ἀθανατοι δε ἕασα ἀποφθινύσων ἀπασα.

h. e. bisseos genitor natos habet unus: ac horum rer sunt cuique decem natae, variante figura. Scilicet his color est albus, niger inditus illis. Immortale genus quum sint, moriuntur utraeque.

Et hanc artem a patre in filiam, Cleobulinam, fuisse translātam, idem Diogenes o) testatur, eam ἀνιγμάτων ἔξιμετρον ποιητικῶν adpellans. Cum quo PLUTARCHVS consentit, p) hanc poetriam ita commendans: περὶ τῶ ἀνιγμάτων και σοφίῶν ἐπιμ.

b) Cic. ad Attic. L. vii. Ep. 13. i) Comment. in proph. Amos. L. 2.
 k) Comment. in Jef. in praefat. ad L. 12. l) Op. et D. v. 203 sqq.
 m) Vit. Phil. L. I. 89. n) l. c. p. 91. o) l. c. p) de conuiuio septem sapientum.

ἐπαινείται. Καὶ γὰρ ἐπὶ Ἀίγυπτον ἐνια προβαλλομένην ἐπ' αὐτῆς δικταί, καὶ Φρονίμια θαν-
μασὸν καὶ νῆς ἐπὶ πολιτικῶν καὶ Φιλανθρωπῶν ἡδος, h. e. ob aenigmatum peritiam ac
sapientiam ea laudatur. Nam etiam in Aegyptum nonnullae quaestiones ab ea propositae
perueniunt: praeterea admirabilis illi inest prudentia, et ingenium civile atque
humanum. Speciminis loco ARISTOTELES q) hoc aenigma illi adscribit:

^{ἀνδρ' ἔιδον, πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνεμὶ κολλησάντα,}
h. e. uirum uidi, aēs uiro adglutinantem igne, quo cucurbita scarificatoria in-
dicatur. Sed DEMETRIUS PHALEREVS se illius auctorem profitetur eo loco, r)
tibi non solum ornamenta boni aenigmati exponit, scilicet, ut habeat acumen,
(δεινότητα) et conciso stilo multa complectatur, (τὰ βραχέως ἐθδεντος ὑπονοῦσαι τὰ
πλείετα) verum etiam hoc sermonis genere Philippo regi mirifice se commendauit.
Nam quum interrogaretur, quem exitum expeditioni suscipiendae ominaretur?
aenigmate hoc respondebat: ἀμφοτέρω κερταὶ βαν καδέεσσι, utroque cornu bouem tene-
bis, significaturus, duas munitissimas arces, Acrocorinthum atque Ithomen expu-
gnandas atque occupandas esse, quam Peloponneso potiretur. s) De PYTHAGORA
quod addamus, non est, quum praeter DIOGENEM LAERTIUM z) et IAMBLI-
CHVM u) THOM. STANLEIVS w), ERASM. ROT. x), COEL. RHODI-
GINVS y), LIL. GYRALDVS z), IO. REYCHLINVS a) et alii copiose de
eius symbolis expoluerint.

Alia autem aenigmata Graecorum ATHENAEVS in lucem protulit b), quorum
hoc loco nonnulla repetamus. Ita enim animalculum Aegypti, ichneumona nomi-
natum, quod, ubique crocodili oua inuenit, priusquam pulli excluduntur,
illa frangit et perdit, depingit:

^{ἀττελεβεφθαλμος, μὴ προσομος, ἀμφικνεφαλος,}
^{ἀσκητης παιδῶν ἀγονων γυνὸν ἐξαφανίζων,}
h. e. cui oculi sunt locustae, rostrum acutum, obscurus utrinque color, qui de-
pugnator natorum nondum genitorum semen delet. Neque leuiori acumine pappus hoc
involucro occultatur:

^{διδ' ἔγω, ὅς νεὸς ἂν ἐστὶν βαρὺς, ἂν δὲ γέγων ἦ,}
^{ἀπτερος ἂν κέφως πεταταί, καὶ γυν ἀφαινεῖ,}
h. e. ego noui aliquem, qui iuuenis existens, gravis est, senex autem factus leuis,
qui alarum expertus feliciter uolat, et terrae conspectum oculis subducit. Aliud aenigma,
quod epistolam occultat, cuius beneficio cum surdis et absentibus colloquimur,
poëtriae SAPPHO adscriptum c), his numeris constat:

^{ἐπὶ φουσις ἤλκυια, βρεφθὴ ζωσσ' ἔπο κελποις,}
^{ἀντῆς ταυτὰ δ' ἀφωνα θοῆν ἴσην γερῶνον,}
^{καὶ δευ ποτιον ἰδμεα καὶ ἠπειρε δια πωσις,}
^{δὲς ἰδελεῖ δητων, τοὺς ἔ περιεσιν ἀκνευ}
^{ἰεσεν, κωφῶν δ' ἀκουσις ἀιδησιγ ἔχμαν.}
h. e. foeminea quaedam natura fetus suos sub sinu seruat: illi uero muti claram uocem
tam per fluctus aequoris quam per uniuersam terram continentem edunt, quibuscum-
que mortalibus placeat. Et quidem etiam absentibus, et qui surdum auditus sensum
habent,

q) Rhetor. L. III. c. 2.

r) de Elocut. p. 254.

s) Strabo in Geogr. L. 8.

z) L. viii. 17.

u) Cap. xxxvii. p. 191.

w) Hist. philos. P. ix. p. 556.

x) de Adagijs sub init.

y) Lect. antiqu. L. xvi. 17.

z) Oper. T. II. p. 615.

a) in Arte cabbal. L. 2.

b) Dipnosoph. p. 449.

c) Athem. l. c.

habent, illos audire licet. Neque inuita Minerva HERMIPPVS, Smyrnaeus comicus,
diem ac noctem hoc aenigmate inuoluit: d)

ἔστι κασιγνηταὶ δίδυμαι, ὧν ἡ μίαι τικτηὶ
τὴν ἑτέραν, αὐτὴ δὲ τεκῆσα πάλιν γ' ὑπο ταύτης
τεκνύεται.

h. e. duae sorores sunt, quarum altera alteram parit, et eam, quae alteram peperit,
rursus altera parit. Multum etiam iucunditatis illud habet, quo comicus, ALEXIS,
somnia delineauit: e)

ἔστι θνητός, ἔδ' ἀθάνατος, ἀλλ' ἔχων τινος
συγγράσιν, ὥστε μήτ' ἐν ἀνθρώποις μερεὶ
μήτ' ἐν θεῶν ἔσθ' ἀλλὰ φυνδαί τ' αἰεὶ
καίνας, φθίνων τε τὴν παρεσίαν πάλιν,
ἀθάρατος ὄψιν, γυρωμένος δ' ἄπασιν ὧν.

h. e. neque mortalis est, neque immortalis, sed mixtum habet temperamentum. Itaque
neque ut homo, neque ut deus uiuit, sed, quia subinde nouiter nascitur, eius praesentia
rursus perit. Huc referri etiam potest aenigma chemicum, a STEFFANO, Athe-
nensi, medico et philosopho, aetate Heraclii Imperatoris celebri contextum, quod
sarmynibus Sibyllinis legitur insertum. f)

ἔνεκα γραμματ' ἔχω, τετρασύλλαβος ἔμι, νοεὶ με.
αἱ τρεῖς αἰ πρώται δύο γραμματ' ἔχουσιν ἑκάστη,
ἡ λοιπὴ δὲ τα λοιπα, καὶ εἰσιν ἄφωνα τα πάντα.
τα πάντα δ' ἀριθμῶ ἑκατοντάδες εἰσι δις ἑπτὰ,
καὶ τρεῖς τρεῖς δεκάδες, καὶ δις τρία. Γενεὶ δὲ, τίς ἔμι,
ἐπ' ἀμνηστὸς ἐσθ', θεῶν παρ' ἔμιονγε σοφῆς.

In quo vocabulum APSENIKON (arsenicum) latere, plurimi arbitrantur, de quo
Io. ALB. FABRICIVS g) praelixè disputat, et simul hanc uersionem subiungit:

Litterulis noscor quadrisyllabus ipse nouenis.
Syllaba habet binas, nisi quod tenet ultima ternas,
Vocales quatuor, quinque non propria uox est.
Bis septem uicibus numerum centuria totum
Ingrreditur, decadesque nouem, tum bis tria. Si me
Noueris, hinc aditus sibi nostra ad sacra patebit.

Explicatio autem hunc in modum insitui debet. Ipsa dictio (APSENIKON)
constat quatuor syllabis, nouem litteris, quatuor uocalibus, et quinque consonan-
tibus. Littera maiuscula A notat mille, altera P centum, qui numeri bis septem
computati efficiunt 1400. Tertia littera S bis centum, E uero quinque ualet;
qui numerus per nouem decades multiplicatus nonaginta producit, N numerum
quinquagenarium, et I unitarium refert, qui bis ter sumtus sex profert. Qui
numeri si colliguntur, summa 1496 prodit, quae quarto et quinto uersui iam
allegati aenigmatis exacte respondet. Notari etiam MICHAELI PSELLI aenigmata
iambica merentur, quae Michaeli Ducae dedicauit, quorum hoc loco non nisi tria
proferamus, ex ipsis inscriptionibus additis explicanda. h)

3

Te

d) in Tragoed. Oedip.

f) L. II. p. 171.

Bibl. Gr. L. x. p. 539.

e) Casaubon. Animaduers. in Athen. p. 476.

g) Biblioth. Graec. L. XII. p. 696.

h) I. A. Fabric.

Τε σοφωτατε Ψελλε προς τον βασιλεα
Μιχαηλ τον Δεκαν ανιγματα.

I.

Νες η̄ ἀγγελος.

Ἐξε τι ζῶν λογικόν, Δεσποτα τεθηγορε,
θραν̄ εν̄ ἔχον̄ ὀφθαλμους, ἐκτος̄ ποδων̄ βαδιζον̄,
ἐστερημενον̄ κεφαλῆς, ἀκεραιον̄ τας̄ Φρενας,
πνευμονος̄ ἀτερ̄ καῑ λοβων̄, καρδιας̄ καῑ κοιλιας̄,
ἐστερημενον̄ τᾱ πνυτος̄, τινος̄ δ̄ λελειμενον̄.
Τῑ τατο; Φρασον̄, λεξον̄, ἐξειπε, δηλωσον̄, γραψον̄,
ως̄ συνετος̄, ως̄ γενεχης̄, ως̄ ὑπερφερων̄ πνυτων̄.

II.

ἽΟυρανος.

Στοιβᾱ τις̄ ὑπερθεν̄ της̄ γης̄ πεταλαις̄ σκεπομενη̄,
ὑπτιος̄ ὑπανακειταῑ ὕδατος̄ πεπλησμενη̄,
καῑρω̄ προσφορον̄ λαμπρᾱ, κυλιη̄ μεταρρινομενη̄,
ἀλεαν̄ ἀποτικτᾱ, σβεννικτᾱ την̄ ζεσιν̄.
Τοις̄ ὑπαδασῑ προσφορος̄, τοις̄ δυσπαῖτασῑ πλεον̄.
νοσηματᾱ γεννητικη̄, λυτηριον̄ της̄ νοσος̄.
Τις̄ αὐτη̄; πορφυροβλασε̄, τις̄ λυσεως̄ τις̄ λογος̄;

III.

Ἵνιαυτος.

ἽΒιδον̄ ἀρηταις̄ ὀμμασῑ, Δεσποτα τεθηγορε,
νεον̄ πρεσβυτην̄ εν̄ ταυτω̄ τελειον̄, λελειμενον̄,
ὑψιπετη̄ καῑ χῆμαλλον̄, κλονεμενον̄, ἔδραιον̄,
Φατιζοντᾱ, σκωτιζοντᾱ, τεμοντᾱ, συναλαντᾱ,
τας̄ μεν̄ εν̄ της̄ ἀναγοντᾱ, τας̄ δε̄ προς̄ γην̄ κραταντᾱ,
καῑ σωζοντᾱ, καῑ τη̄ Φθορᾱ της̄ ὕλης̄ συμπηγνυτᾱ.

Neque uero folis pœt̄is aenigmata familiaria fuerunt, sed alii etiam soluto sermone et quaestionibus aenigmaticis ingenium exercuerunt. Ex multis Sophistam Atheniensem, SECVNDVM, de quo PHILOSTRATVS exponit, ἰ) audiamus, qui Oceanum ἀλμυρον δεσμον, πιασις φυσικος περιφορον, καῑ δικακμενης κατοχον, falsum cingulum, totius naturae ambitum, et orbis fasciam, senectutem ὑμμαικσαν νοσον, ζωντα θανατον, προσδοκιμενην μεριμενην, ἀτονον φρονησιν, Ἀφροδιτης ἀλλοτριον, νεκρον κινεμενον, fanum morbum, uiam mortem, curam expectatam, prudentiam eneruam, Venus odium et cadaver mobile, somnium ἰατρων κατορθωμα, πλυστων ἐπιτηδευμα, πενητων ἀδελφειαν, καῑ καθημερινην μελετην, medicorum correctionem, diuitum studium, pauperum oblectamentum, et quotidianam occupationem, ναυται της̄ γης̄ ἀποσπυτην, ἀνεμενον ἰχθυεντην, ἀδηλον̄ ἐπι σωτηριας̄, καῑ γειτονᾱ θανατᾱ, terrae desertorem, uenatorem uentorum, salutis suae incertum, et morti uicinum, παυετη̄ δικων̄ ἀθεμελιωτων, ταφον̄ εν̄ ἡρμουσενον, Φυλακην̄ ἀνιπαταμενην, καῑ γαλακτρον̄ ἠνεωγεμενην, domum sine fundamento, sepulcrum affabre constructum, carcerem volitantem, et muscipulam apertam,

ἰ) de vitis Sophistar. L. I. p. 544.

apertam, diuitias φθονος συντασσωμενον, φοβον ελπιζομενον, αντυχμια φιλαμενον, και ταλαιπωρημια περιποδητον, inuidiam domesticam, timorem speratum, infortunium amabile, et acrumnam desiderabilem, paupertatem autem αγαθον μισωμενον, μητερα υγειας, κτημα δυσπισπιων, επιβαιων διδασκαλον, πραγμα αφθονον, εμποριον αξημιωτον, και βσιαν αφηφισον, bonum odiosum, matrem sanitatis, possessionem tutam, cogitationum magistram, rem sine inuidia, mercaturam omnis iacturae expertem, et diuitias immensas, amicam ανθρωπων αφανη, κτημα δυσευρητον, καταφυγην δυσυχιας, εικος ταλαιπωριας, κειμηλιον ανυποστατον και εντυχμια ακαταληκτον, hominem inuisibilem, possessionem inuentu difficilem, refugium infelicitatis, medelam miseriae, thesaurum non subsistentem, et felicitatem infinitam, pulchritudinem φυσικην ζωγραφικην, αγαθον εδιπλασιον, εμπνεσι πορευσειν, ανδρων ναυαγιον, picturam natuam, bonum inaffectatum, spirans lenocinium, uirorum naufragium, mortem autem φοβον πλυσμων και πενητος επιδυμιαν, diuitum terrorem & pauperum desiderium adpellauit.

Antequam coronidem huic Scriptioni imponam, ab instituto haud alienum uidetur, carmen illud aenigmaticum subnectere, quod PHILo quidam Tarsensis, medicus suae aetatis celeberrimus, in Antidotum composuit, a GALENO ad posteritatem transmissum: k)

Ταρσεος ιητηρο μεγα θνητοισι Φιλωνος
 ευρημια προς πολλας εστι παθων οδυνος.
 Εστε κολαν παχει τις απωξ δδταν, ετε τις ηπαρ,
 ετε δυσωρη ιχεται, ετε λιθω.
 Ιωμαι και σπληνα, και ορθοποικια ανηρην,
 και φθισιν, ιωμαι σπασμον ενισαμενον,
 Και σφαλερην πλευριτιν, αποπτων δε τις αιμα
 η εμεων, εξει μ' αντικυλον θανατη.
 Παντα δ' οσα σπλαγχνοισιν ενισαται, αληγε πινω,
 βηχα τε, και πνιγμον, λυγηα τε και καταρηα.
 Γεγραμμαι δε σοφοισι. Μαθων δε τις, ε βραχυ μ' εξει
 δωρον, ες αξυνετας εν εποθησα περαα.
 Ξανθην μεν ταρχα βαλλε μυρπηνον ισιδειο
 ε λιθρος ερμειαις λαμπεται εν βοταναις.
 Κροκκη δε σαθμον φρενας ανεγος. Ου γαρ αθληον
 βαλλε δε και δραχημην γαυλις ευβοεωσ.
 Και τριτον εν Τρωεσσι μενοτιτιδαο Φοηγος,
 δραχημην την μηλων γυστερι σωζομενην.
 Ολοκας δ' αργεονιο πυραδεος εικοσι βαλλε,
 εικοσι και κκαμκ θηρος επ' Αρκαδιησ.
 Δραχημην και ζιζης ψευδιωνιμον, ην ανεθρεψε
 χωρος, ο τον πισση ζηνα λοχευσταμενος.
 Πιον δε γραφιασ αφθρον βαλλε πρωτον επ' αυτα
 ωρον, εν δραχμιασ πεντε διας ελοκομενον.
 Νεκμα δε θυγατερων ταυρων και νεροκροιδεσσι
 συγγεγεσ, δε Τρικησ ως ενεπκαιν εμαι. l)

His

k) Tom. II. p. 297. l) quod carmen Ioach. Camerarius his elegis expressit:
 Tarsensis medici clari sum clara Philonis | Sive quis intestina dolet, seu quis dolet hepar,
 Morborum aduersus cura reperta mltum, | Sive urina aliquem, seu lapis excruciat,
 Sano

His praenissis, ad illud expediendum accedimus, cuius causa haec scriptura-
cula suscepta fuit. Oratio nempe est indicanda, quae in memoriam anniuersariam
beneficii haberi debet, aliquot nostri gymnasii alumnis assignati, ut quotidie libe-
rali victu fruantur. Quod enim Pythagoras aliquando aenigmatico praecepto disci-
pulos suos monuit: *στυιον εις αμυδα μη ημ βωδλειν*, h. e. *cibum in vas impurum immis-
sendum non esse*: eodem nostri excitati, honestum, aequum, pium atque iustum
sentent, gratum pro his beneficiis animum publice testari. Quorum nomine

Christian Fridr. Becker,

Rauschenbach-Mista.

memoriam amplissimi legati ECCARDO-RICHTERIANI oratione Latina renou-
bit de dignitate magistratum, in ipsorum nominibus honorificis conspicua uerba factu-
rus, eaque et Deo immortalis, qui benefactoribus animum tam celsum et munificum
inspirauit, et GRAVISSIMIS DOMINIS INSPECTORIBVS, qui horum bene-
ficio et conseruandorum et refarciendorum paternam curam gerunt, gratum et
religiosum animum publice declarabit.

Ego autem dum Vos, PATRONI, qui ingenia amplectimini, et tam litterarum
studiiis, quam beneficiis illorum cultoribus destinatis, fauetis, inuitare paro,
ut cras, hora ante meridiem nona in schola nostra ad audiendum hunc iuuenem
beneuole conueniatis, et dum huius beneficii, quod nobis praestabitis, iustum pre-
tium animo expendo, illius aenigmati recordor, quod nonuemo ianuae horti,
qui imaginem scholae refert, adscripsit, his uerbis conceptum:

Turget flore, surget colore, quia Sol urget calore.

P. P. Freibergae, a. d. XXVI. Jun. A. R. S. MDCCLXIX.

Sano etiam suspiria, durum sano lienem:

Per me nec spasmus, nec pbrisis ipsa nocet.

Qui laterum quoque sedo graues sanoque
dolores:

Et ingulare homines spua cruenta uero.

Omnes usceribus collectos dissipo morbos:

Singulus, tussim, pectora pressa leuo.

Ast doctis auctor me scripsit: inertibus esse

Verborum rectam sube nigra uoluit.

Flauae sume comae iuuenis bene olentia fila,

Fusa ab Atlantida naza cruore deo.

Horum sic tantum, uir quantum intelligit:

atque haec

Vnica Naupli inser drachma eat Euboici.

Tunc drachmam adicias eius, qui tertius inter
Auctores famam mortis habet Parrocli.

Hanc ouium seruant uentres, mox cauidia
et igne

Pondera plena decem pone, iterumque
decem,

Arcadicaeque ferae totidem, drachmam inter
et unam

Radici, sed quae nomina falsa gerit.

Pissaei patria hanc mittat Iouis, atque ita
Pion

Et Graecum ponas articulum ante marem.

Drachmae bis quidem erunt quinae illius,
bisque liquores

Fraternos mistos Atridos adde bouis,

Sic altae mouere potentia numina Triccae,
Atque horum interpres profero men-
tis ego.

Yb 627

ULB Halle

001 508 164

3




(811148)

TA → OL







DE
GRAECIA
AENIGMATVM
STVDIOSA
PRAEFATVS

AD
ORATIONEM
PVBLICE HABENDAM
OBSEQVIOSE INVITAT
M. IO. GOTTL. BIDERMANN.
RECT. GYM. FREIBERG.



CXXXIII.

DRESDAE, EX OFFICINA HARPETERIANA,
MDCCLXIX.